

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De natura, & origine Iubilæi,, & explicatur Romanus Iubilæus. §. 1

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

gentes defunctorum omnino insertas, cum incertum sit, an defuncti orationes viuorum, & indulgentiarum applicationes agnoscantur. Si vero de acceptatione generali, & habituali loquuntur, sufficiet potest: quia omnes defuncti in Purgatorio existentes hanc habent voluntatem, ut sibi applicentur, quae necessaria fuerint, ut a tam gravi pena liberentur. Alias nec suffragia viuorum illis prodelle possint. Adeo neque haec generalis voluntas in rigore requiritur: quia satisfactio Christi, quae per indulgentiam applicatur, non ipsis defunctis offertur, ut ipsi teneantur acceptare, sed offertur Deo, qui eam acceptans ponam alioquin defunctis sustinendam remittit: ad quam remissionem opus non est, quod ipsis defuncti concuerant.

P V N C T V M X I.

De cessatione Indulgencie.

1. *Indulgentia pro limitato tempore concessa, illo finito, cessat.*
2. *Per reuocationem cessare potest, & qualiter facienda sit, ut habeat effectum.*
3. *Qualiter destruто loco indulgentia localis cessa.*
4. *Prater predictos modos, nullus alius est, quo propriè indulgentia cessa.*

1. **V**X diximus tractat. 5. de legibus, disput. 4. à punt. 14. de cessatione priuilegij huic instituto delinere possunt, cum indulgentia quoddam priuilegium sit à principe concessum.

Tripli tantum modo inuenio indulgentiam cessare posse. Primo, si temporalis sit, seu pro limitato tempore concessa; nam eo finito indulgentia cessat: quia excendi non potest ultra intentionem concedentis. Et idem est, si sub aliqua conditione esset indulgentia concessa, & illa conditio cessaret, arg. text. in cap. *Cum Capella. de priuilegiis. cap. Super literas de re script. & tradit. Cordub. q. 36. de indul. proprie. 4. Nauar. notab. 31. n. 25. Suar. disp. 57. sect. 2. n. 2. Coninch. disp. 12. sub. vlt. in hac parte est aliqua difficultas.*

Secundò, cessare potest per reuocationem factam ab eo qui concessit, vel illius successore, vel superiori: quia indulgentia, sicut pender in fieri à voluntate concedentis, ita in conservari, colligunturque manuem unum ex Extraaug. *Quemadmodum de penitent. ex remiss. & Clem. Dudum. §. Nos autem de sepultur. tum ex viu frequenti Ecclesie passim indulgentias renovante. Neque ad hanc reuocationem, ut validis sit, requiri tur specialis causa: ut vero licet sit, præter honestatem finis, qui in omni actione interuenire debet, regulariter aliqua causa adest debet, quæ specialem Dei cultum, vel Ecclesiæ bonum, vel maiorem fidem fructum reficerat; alia Pastor Ecclesie non videbitur facis prudenter le gerere, & iuxta sui munera obligationem, & secundum quod exigunt natura beneficium à se facti, quod decet esse manutinere, reg. *de regul. iuris. in 6. leuitatisque. & inconstantie argui poterit. Reuocatio autem non habet effectum quoque in notitia illorum pertinet, in quorum favorem indulgentia concessa est: quia sic præsumitur esse reuocantis voluntas, ut requisi tur opera ad indulgentiam præstent, & illius fructu fraudentur, vt docet Sylvester. verbo. indulgentia. n. 17. Sá num. 9. Suar. disp. 57. sect. 2. num. 8. & 6. Bonac. alias ref. tens. disp. 6. quæ. 1. p. ult. 8.**

3. Tertiò, cessat indulgentia per destructionem loci, in cuius favorem concessa hominibus est: quia nequeunt eam lucrari, nisi eo in loco, estque loco accessoria. Si vero in eodem loco iterum reædificetur, maximè si post destructionem non longum tempus instauratio intercessit, eadem indulgentia refurgit, que tempore destructionis supponerāt erat: quia eadem Ecclesia mortaliter centerat, quando sub spe redificationis destruta fuit, vt docet ex communī sententiā Bonac. disput. 6. quæ. 1. p. ult. num. 4. Suar. disput. 52. sect. 1. num. 8. & 9. Excep tamen, nisi in penam delinqüentium Ecclesia destruita: quia eo casu non suspenduntur priuilegia, sed omnino perirent, nouaque concessione indigent, vt dicit Innocent. in c. 2. de novi operi nūciat, quem refert Glos. in reg. priuilegium de reg. iuris. in 6. & tradit. Laym. l. 5. sum. tr. 7. c. 1. n. 5. At si Ecclesia, sive auctoritate Superioris, sive de facto destruta in aliud locum, sub eodem titulo, & Patrono transferatur, edificanda, communis sententia docet, teste Innocent. & Laym. suprà, & Ludovic. Bonon. tract. de indul. n. 7. omnia Priuilegia, atque adeo indulgentias transfreri. Quod verissimum credo, quando non ratione situs & loci, sed ratione oppidi, religionis, vel Patroni tali Ecclesia priuilegia concessa finit, ut bene notauit Suar. dicta disp. 52. de indulgent. sect. 1. num. 9. & lib. 8. de legib. c. 5. in fine.

4. Præter hos modos, nullus alius est, quo indulgentia concessio propriè cessa, ut bene expendit Suar. disp. 5. sect. 2. Vnde indulgentia absolute concessa non petit motu concedentis;

quia est gratia, ex textu in cap. *Super gratia, de officio delegat. in 6. Et quia est beneficium Principis, quod decet esse manu rum servit Bonifac. in cap. Decet. 15. de reg. iuris. in 6. vbi Gloss. verbo. Debet, & c. fin. de officio delegat. in 6. verbo. Spirare, & tradit. Nauar. notab. 31. n. 25. c. Placuit. de ponit. dist. 6. n. 161. Cordub. lib. 5. de indulgent. quest. 36. propos. 1. Suar. dicta sect. 2. n. 2.* Et hoc locum habent non solum in indulgentiis concessis à Pontifice; sed etiam ab Episcopo, vel Archiepiscopo, quinimodo à Legato, eius officio finito, argum. cap. vlt. de officio Legati, & tradit. ibi Glossa. Horum enim potest in indulgentiis concedendis non est quoad duracionem, sed solum quoad quantitatem à iure restricta: & tradit. Nauar. dicto cap. *Placuit. num. 164. Suarez. sect. 2. num. 4. Gonzales ad reg. 8. Cancel. Gloss. 12. num. 18.*

Neque etiam cessat Indulgencia, ex eo, quod eidem loco similis concessa fuerit, nulla in impetracione mentione priora facta: quia ob hunc defectum posterior concessio nullius est valoris, iuxta reg. 57. *Cancellaria.* At prior concessio salua perseverat, ut bene Suar. n. 12.

Neque item cessare renunciatione? quia nemo renunciare potest, quod suum non est: Indulgencia enim, antequam de facto obtineatur, non est lucrans, sed concedens, à eius voluntate pendet; ideoque potest quilibet renunciare eius consecutionem, non tamen potestatem la- crandi.

Denique neque ex cessatione cause cessat indulgentia, si causa à principio proportionata fuit concessione: quia indulgentia duratio non pender ex duratione cause; sed propter causam temporalem indulgentia perpetua concedi potest: cui indulgentia unius anni conceditur ob dedicationem Ecclesie, que uno die finitur: quæ omnia latè petracta sunt dicto loco de priuilegio.

P V N C T V M X I I.

De Iubile Romano, Compostellano, & extraordinario.

§. II.

De natura, & origine Iubilei: & explicatur Romanus Iubileus.

1. *Expenditur nomen Iubilei.*
2. *Iubilei usus est antiquissimus.*
3. *Quis sit differentia Iubilei ab indulgentia.*
4. *Qualiter Romanus Iubileus concessus sit.*
5. *Quis continetur in predicto Iubilei.*
6. *Quod sit opus iniunctum ad huius Iubilei consecutionem.*
7. *Indulgencia plenaria suspenduntur virtute huius Iubilei.*
8. *Non suspenduntur indulgentia plenaria, & Iubileus Com postellanus.*
9. *Item omnes facultates, que ratione querenda indulgentia concedantur.*
10. *Indulgenter, & facultates Bulls. Cruciate non suspenduntur, esto aliqui oppositum leviant.*
11. *Nequa suspenduntur facultates absolvendi, & dispensandi Religiosi concessi.*
12. *Aliqui consentiunt suspendi predictas Indulgenter, & facultates, ut indigent noua concessione.*
13. *Verius est, solo durante anno iubilei suspendi, & absque noua concessione vim obsinere eo anno transacto.*
14. *Fiat satis rationi opposite.*

1. **V**ibleus, vel, ut alii placet, lobeleus, significavit Hebrews. in annum quinquagesimum remissionis, iuxta text. *Numer. vlt. & Leuit. 25. & 27. illo enim anno donabantur feni libertati relaxabantur delicta, prædia diuidentur ad antiquos possessores revertabantur, exiles in patriam, & pristinam libertatem redibant, ut habetur Leuit. 25. Hinc ergo haec vox Iubilei translata est ad tempus gratia significantium, ut constat ex Isaiae cap. 61. n. 2. iuncto Lucæ 4. n. 18. Deinde derivata est ad significandum remissionem, que primum anno centesimo postmodum quinquagesimum: tandem vigesimali quo concessio est visitantibus Romæ Limina Apostolorum Petri, & Pauli: & ex hac significacione omniaibus aliis plenariis remissionibus Iubilei vox applicatur.*

2. **V**us Iubilei ita est antiquus, ut initium illius non agnoscatur: quapropter non improbariliter Henric. lib. de indulgent. cap. 15. num. 6. Nauar. notab. 2. 6. n. 1. existimat à tempore Apostolorum Petri, & Pauli incepisse. Qui autem fuerit Pontifex primus, qui authenticè, & scipie concessit Iubileum, incertum est. Bonifac., namque VIII. qui floruit anno 1294. Iubileum centesimum renouavit, ut colligitur satis ex Extraug. *Aniquorum de penit. & remissib. ut tradit. Nauar. notab. 7. n. 4. Caet. tract. 15. cap. 1. pluribus relatis Henric.*

lib. 7. c. 4. litt. H. Ideoque ante Bonifac. concessus erat. Et licet Nauart. notab. 4. n. 1. & notab. 7. n. 4. quem aliqui recentiores sequuntur, affermer. esto. Bonifac. V II I. non fuit primus, qui Jubileum concesserit, sive tamen primum, qui Jubileum scriptis mandauerit, verum non est: quia Alex. III. qui floruit anno 1162. fecit centum, & viginti annos ante Bonifac. Bullam expedivit, in qua Ecclesiae Compostellanae concedit jubileum instar Romani, rescriptu[m] Calixtum II. Eugenium, & Anastasi Pontifices idem concessisse.

3. Differentia aereum inter iubileum & indulgentiam ea est, teneat communis sententia, ut iubileum, ultra indulgentiam plenariam, aliquas facultates contineat, tum absoluendi à referatis, tum dispensandi vota, relaxandique iuramenta, & similia, sicut tradit Nauart. notab. 8. & 10. Cordub. q. 11. Suar. disp[ut]. 50. sect. 4. num. 8. Quapropter publicantes indulgentias caute procedere debent, ne sub nomine iubilei indulgentiam plenariam publicent: erunt enim occata, vt fideles credant, verum jubileum cum facultate absoluendi à referatis esse concessum, cum tamen non sit, vt bene notauit Suerz dicta sect. 4. n. 8.

4. Romanum igitur iubileum centesimo quoque anno concessit Bonifac. V II I. in Extravag. Antiquorum de penit. & remiss. sed Clemens V I. in Extravag. Vigeniarum eadem tit. ad quinqueagenarium reduxit. Quam formam approbarunt Vrban. VI. Martin. V. & Nicol. V. Postmodum Paul. I I. quem sequens est Sixtus IV. in Extravag. Quemadmodum de penit. & remissib. reduxit ad annum 25. sicut telquit Pontifices confirmarunt, specialiter Gregor. V II I. in sua Constitutione 10. que incipit, Dominus as Redemptor noster, quam ad verbum referit, & latè expendit Nauart. notab. 32. & legg. Congruenter autem harum reductionum, & mutationum videri possunt in supradicte Extravag. Antiquorum Vigeniarum & Quemadmodum & ex Glossib. ibi.

5. Fauor, qui in praedicto iubileto continetur, est indulgentia plenaria omni peccatorum, facultas vero absoluendi à referatis, commutandi vota, & compendi super malè ablatis incertis illicet contractu acquisitis, est expresse in supradicte Bullis non habetur, colligitur: tamen fatus ex suspicione, que habetur in Extravag. Quemadmodum, ubi suspenduntur facultates commutandi vota, aut super eis dispensandi: necnon super iniquè ablatis compendi, aut ea quod modolibet remittendi, irèmque deputando Confessores cum potestate absoluendi à referatis, que certè non suspendentur, nisi per iubileum concessæ sunt, & illius consecutione obstant. Idque probat praxis, & vsls Romanae Ecclesie. Opus autem, quo in iungitur, vt necessaria conditio pro iubilei consequendo, est visitatio Basilicae Apostolorum, non vtcunque, sed per triginta dies, sive continuos sive interpolatos, si Romani, seu incolæ fuerint: si autem forent, seu peregrini, per quindecim dies. Cauter tamen in supradicte Bullis, & est fauor specialis, non impediti ab huius iubilei consecutione qui post iter inceptum impeditus fuerit Roma adire, vel in ecclesiastice Apostolorum visitare. Tandem, ne fideles ab hac tanta gratia consequenda detineantur, omnes aliae indulgentias, & facultates, que consecutionem huius iubilei tardare possunt, suspenduntur.

Cetera fauorem in praedicto iubileto concessum, nihil occurrit notandum. Nam ex dictis in hoc tract. constat, qualiter indulgentia plenaria omni peccatorum remissione continet. Qualiter vero potestas commutandi vota, aut super eis dispensandi, compendi male ablata, absoluendi à referatis intelligatur, ex vñ, & consuetudine Romanae Curia pecuniam, ut per triginta dies, sive continuos sive interpolatos, si

Romani, seu incolæ fuerint: si autem forent, seu peregrini, per quindecim dies. Cauter tamen in supradicte Bullis, & est fauor specialis, non impediti ab huius iubilei consecutione qui post iter inceptum impeditus fuerit Roma adire, vel in ecclesiastice Apostolorum visitare. Tandem, ne fideles ab hac tanta gratia consequenda detineantur, omnes aliae indulgentias, & facultates, que consecutionem huius iubilei tardare possunt, suspenduntur.

6. Opus vero quod in iungitur est, vt Romani, seu incolæ Basilicas Apostolorum Petri, & Pauli, & Sancti Joannis Lateranensis, & Sanctæ Mariæ maioris Ecclesias semel in die per tripla dies continuos, sive interpolatos deuotæ, & reverenter vident, at pro ipso, toriſque populi Christiani salutem pias ad Deum preces fundant. Formam precum non determinat Pontifex: ideoque cuiusvis voluntati, & devotioni remittitur. Si vero fuerint forent, & peregrini per quindecim dies. Sic expressit Gregor. XIII. in sua Bulla. Ex quibus constat, amplius à Gregor. requisitum est, quia fuit requisitum à Bonifac. V II I. Clement. V I. & Sixto IV. Etenim ab iis sola visitatio Basilicae Apostolorum requiri erat: at à Gregorio addita fuit visitatio Ecclesie S. Ioannis, & S. Mariæ; & insuper, in singulis preceps pia ad Dominum effundantur, non vtcunque, sed ad minus semel in die. Quapropter huius obligations non satisfaceret, qui vnam ex illis Ecclesiis aliquo die visitandam omittaret, tamen sequenti die eam bis visitaret, recte Nauart. notab. 12. n. 41. Nomine Romani, non debet intelligi, qui à Roma originem, & ortum habent: neque incola intelligendi sunt, qui domicilium propriæ Rome obtinens, sed illi veniente intelligendi, qui ad longum tempus, scilicet per annum, sive certum, sive incertum, Romæ commoratur, esto, animus non habeant ibi perpetuò manendi, sed potius voluntatem habentem recedendi. E courta vero forent, seu peregrini censendi sunt, qui, esto, à Roma originarij sunt, ibi

habitant ad breue tempus insufficiente sanæ, vt prudentis arbitrio habitatores dicantur ibique conueniantur. Igitur Romani vere penitentes & confessi per triginta dies continuos, sive interpolatos visitantes prædictas quatuor Ecclesias semel in die, & aduenæ, seu peregrini per quindecim, plenissimam indulgentiam consequentes. Quod si iterum, & iterum hoc opus in iunctum repeterint, roties eandem indulgentiam consequentur, ut ex supradicta evidenter constat, & optimè probat Nauart. notab. 32. n. 46.

7. Circa suspensionem indulgentiarum, & facultatum, aduentus, non qualibet indulgentias, sed solùm plenarias, etiam in instar iubilei concessas à Sede Apostolica, vel illius auctoritate suspendit, vt constat ex Extravag. Quemadmodum. & ex Bulla Gregor. XIII. que incipit, Quoniam sancti iubilei: quam ad verbum recte Nauart. notab. 33. de indulg. Et licet ex Extravag. Quemadmodum. Indulgentia plenaria singularibus personis concessa, suspendit non erant: ut ex Bulla Gregorij omnes suspendantur: inquit enim: Nos pro consueta eo anno indulgentia, que dictis litteris expressa est, multorum Romanorum Pontificis morem sequuntur, de Apostolice potestatis plenitudine suspendimus ad nostram. & Sedis Apostolicae beneplacitum omnes, & quascunque indulgentias plenarias, etiam ad instar iubilei, & earum causa facultates, concessiones, & indulta quacunque à nobis, & dicta Sede, eisq[ue] auctoritate quibusq[ue] Ecclesie, & Monasterio virisque sexus, ac Conventis, Domibus, Congregationibus, Hospitalibus, & pri locis, necnon Ordinibus etiam Mendicantibus, ac Militariorum, necnon Confraternitatis, & Universitatibus, earumque & alijs cuiusque dignitatis, gradus, & conditions, personæ Ecclesiastici, & secularibus, per unitus sum obrem constitutis, etiam per modum communicationis, extensionis, & alias quoniamcumque perpetuò, vel ad temp[us], quibusvis modis, & ex quibusvis causis, & concessa quibuscumque illi sine concepta formula, ac restitutionibus, reuocationibus mentis, attestationibus, aliisque clausulis, & decretis communia. Decernentes interim illa, & litteras de super concessis nulli grossis suffragari debere, necno irritu, & inane quicquid fecis pro quoscunque contingit artib[us] indulgentia Basilicarum, & aliarum Ecclesiarum urbis nibilominus in suo labore durarunt. Præcipitque, ne alia indulgentia interim publicentur, aut in vñ demandentur, sub excommunicationis pena ipso facto incurrienda, non obstante, &c. Efficitur ergo omnes indulgentias plenarias, præter eas, que Romæ obtinentur, suspendit omnes, inquam, indulgentias plenarias in favore viuorum concessi: nam he obstat posse iubilei concessionem. Secus vero indulgentias plenarias, que per modum suffragii defuncti applicari possint: qui harum consecutio iubilei concessionem non retinat, vt notauit Laym. lib. 5. summ. trit. 7. c. ultim. in print.

8. Ab hac tamen exceptione generali excipiunt indulgentia plenaria, & iubileus Compostellanus ex Breui quodam Sixti V. dato Romæ 15. April. anno 1589. qui in Ecclesia Compostellana habetur, in quo inquit Pontifex, auctoritate Apostolica, tenore presenti, declaramus suspensionem per predictum Gregorium ratione anni iubilei factam, à fine dicti anni exprimale, & aliquod prædictis indulgentiis velut Ecclesie iuxta formam Concilij Tridentini concessis non generasse impedimentum: & propteræ Christi fideles eandem Ecclesiam p[ro]p[ter]e, & deuotè visitantes illis omnibus perpetuò frui, & gaudere posuisse in omnibus, & per omnia, prove ante dictam suspensionem ex concessionibus predictorum predecessorum, præfetur, frui, & gaudere poterant, & provi vñ, & graui fuerunt, non obstante suspensione prædicta ceterisque contrariais quibuscumque, &c.

9. Præterea suspenduntur omnes facultates, & indulta quacunque causa indulgentia plenaria quærenda concessa, qualia reputant illa tantum, quorum si mentio in Extravag. Quemadmodum, scilicet, facultas eligendi Confessariorum cum potestate absoluendi à referatis, censuris, & alis penis, commutandi vota, vel in eis dispensandi, remittendi, seu compendi male ablata: hæc enim frequenter concedi solent gratia consequendi iubileum, & moraliter necessaria sunt illius commendatæ consecutione. Quapropter facultates eligendi Confessorem, absque illa qualitate absoluendi à referatis, non suspenduntur, neque item, qua habentur cum illa qualitate, modò non sint à Pontifice, vel eius auctoritate concessæ, sed concessæ sint Episcopis, alisque Praelatis auctoritate ordinaria vñibus. Deinde facultates remittendi, vel compendiæ incertæ, si male ablata non sint, nec denique aliae facultates, & indulta edendi oua, & laetitia tempore Quadragesima, celebrandi in altari portatili extra Ecclesiam, vel tempore interdicti, & similia, vt recte notauit Nauarrus notab. 28. per totum.

10. Sed, ex supradicta renovatione censeantur suspensione indulgentia plenaria, & facultates commutandi vota, & compendiæ incerta male ablata, absoluendi à referatis in Bulla Crucis concessæ, difficultate non caret. Nauart. dico notab. 28. n. 7. credit suspediti. Nam esto, concessa in remunerationem vel ob causam onerofam, pretiob[us]que aliquo intervenient.

uenient regulariter tolli non possint; bene tamen causa iusta intercedente, etiam non redditio pretio, ut diximus tract. de legib. disp. 4. part. vls. Sed in praesenti non tollit Pontifex indulgentias, & facultates predictas, sed suspendit: quod longe minus est. Potest ergo id praeferare hac causa iustissima intercedente, scilicet, ut Romanorum iubileum maiorum cum auditante, devote, fideliumque concursu obtineatur. Quod autem de facto id praeferere Pontifex, indicant illa verba generalia: *Omnia indulsa quoq[ue] modo, quib[us] que causis, & quomodo libet concessa, qua comprehenderet videtur concessa per contractum, & in remuneracionem. Nihilominus predictio pan. vls. §. 2.m.3. pluribus relatibus firmauit indulgentias, facultates, & gratias concessas in Bulla Cruciate non suspendi anno iubilei Romani, eo quod ad horum suspensionem non videatur sufficiere clauilia generalis, sed necessario exprimi debat modus concessionis per contractum, vel remuneracionem.*

11. Deinde dubitari potest, an facultas absoluendi à referunt, & communandi vota Religiosis concessa virtute huius iubilei iupsenta sit? Videtur enim vera pars affirmans, cum sint à Sede apostolica personis singularibus concessa, ut concessa Communitate Religiosorum, & referatu facta sit omnium facultatum à Sede apostolica concessarum, tum singularibus personis, tum Communitatibus, tum locis pliis. Nihilominus contrarium est dicendum ex praxi, consuetudinariae recepta: quippe hæc facultas eti singulis Religiosis concedatur, conceditur tamen in fauorem totius Religionis, & in maximum Ecclesie bonum. Non igitur censeri debet reuocata ex clausula generali, nisi illius facta fuerit expressa mentio. Atque ita docet Henr. l.7. c.28. n.7. & c.21. n.3. in commento, l.ist. R. Sanch l.4. de voto c.54. in fine, & probabile reputat Nauar. de indulg. notab. 28. in fine.

12. Poterit existimari Nauarr. d. notab. 28. & n.27. & notab. 33. in fine. Zerola verbo, *Annus sanctus §. Ad 3. Rodrig. in explicat. Cruciate. §. 10. dub. 6.* indulgentias plenarias, facultates anno iubilei iupsentas, indigere noua confirmatione, ut transfacto anno iubilei profici. Mouentur satis efficaci ratione: quia, vt constat ex Iuprad. Extraug. *Quemadmodum.* & ex Bulla Gregor. X. *Iuprad.* fit ad beneficium Pontificis: ergo quoque ipse Pontifex moriarit, vel voluntatem mutet, iuprad. perleuerat. Neque obstat dicere, finito anno cœlare causa suspensionis, quæ fuit, fidèles retraherentur à Romana peregrinatione, scientes alias indulgentias plenarias absque illo labore consequi posse: quia iuprad. & reuocatio indulgentiarum non pender in conferuari à peregrinatione finis, sed ob finem brevi tempore transeuntem, potest reuocatio eti perpetua: sicuti de indulgentiarum concessione diximus Præterquam quod perleuerat finis, etiam finito anno iubilei. Nam, si scient fideles, ex anno finito posse statim plures indulgentias plenarias consequi, spe illarum consequendarum abstinerent à convegendo Romano iubilei difficulti, & laborioso.

13. Ceterum verius est, non solum iure novo spectato, sed etiam antiquo, solo durante anno iubilei indulgentias, & facultates suspendi. Sic docet Laym. lib. 5. fum. tr. 7. c. 8. n. 2. Motu ex præcepto, utique recipio publicandi indulgentias finito anno, abque villa Pontificia renouatione, quod tamen nullatenus facerent viri aliquoq[ue] religiosi, & docti, si credenter, suspensionem perleuerare. Et quidem si spectemus Bullam ultimam iuprad., quam Viban. VIII. anno 1625. editit, res viderunt indubitate, cum expressè dixerit durante ex anno. At, si spectemus Bullam Greg. & Extraug. *Quemadmodum.* eti difficultas apparuit finis iuprad. anno finito: ut sati probabiliter id conjectare possumus ex eo, quod Sextus I. V. qui fuit author huius suspensionis, in Extraug. Et si Dominic. edita ab ipso quinque annis post iuprad. factam, supponit plurimos, tum singularia personas, tum Communitates habere facultates absoluendi à referunt, illisque viri, & indulgentias plenarias quadripi: siquidem eas facultates restrinquit: quod fieri non posset, si omnes indulgentias, & facultates à Sexto, Sedque apostolica concessæ iuprad. perpetuo fuisse. Item Greg. XIII. præcipiens, ne alia indulgentia publicetur, aut in vnum demandetur, addit ad eundem, interius, quod manifeste indicat prohibitionem solo anno iubilei durata, illaque transacto finiri, postquam indulgentias, sicut ante ipsum annum iubilei, publicari.

14. Negat ratio contraria virget: nam esto, beneficium absolvitur sumpcum duret usque ad mortem, vel illius reuocationem, scilicet est de beneficio, quod ad limitatum tempus restringitur, quale præsumitur ex *supradictis* præfens: præstant enim illa verba hunc fons. *Suspendimus omnes indulgentias, facultates, & industria, durante hoc anno, ad nostrum beneficium, ne, inquam, absque beneficito nostro vi illa facultate aliqui possit, neque villam indulgentiam obtinere.* Quod tamen beneficium aliquando solet Pontifex habere, sicuti habuit Vibanus VIII. anno 1625. erga Societas I. & v. Religiosos in articulo moris constitutos, quibus illo anno iubilei permisit indulgentiam plenariam obtinere iuxta sua Religionis priuilegia.

Compostellanus iubileus explicatur.

1. Statuitur forma concessionis huius iubilei.
 2. Commemorantes Compostellam, sicuti aduenia, obtinere iubileum possunt.
 3. Cum festum S. Iacobi incidit in Dominicam, & iubileum toto anno durat, non tenentur incolas per triginta dies visitare Ecclesiam, ut indulgentiam obtineant, sed semel tantum suffici.
 4. Qui non visitant Ecclesiam D. Iacobi, non obtinent indulgentiam.
 5. Iubileus Compostellanus non suspendit, sicut Romanus, gratias, & facultates.
 6. Pluries eodem anno obtineri potest hic Iubileus.
 7. Potest absoluendi à referunt extendit ad reservata Episcopis, & religionum Prelatis, nisi noua concessione, mitata fuerit.
 8. Negant aliqui extendit ad contenta in Bulla Cœne.
 9. Verius videtur oppositum.
 10. Fit satis opposit rationi.
 11. Virtute huius iubilei non videtur vota commutari posse.
1. Alexander III. Pontifex Maximus anno millesimo sexto cœlestimo sepragessimo, 7. Kal. Iulij, Bullam expedivit, quæ incipit, *Regis aterni.* in qua primū refert, Calixtus II. suū prædecessorem, concessisse omnibus, & singulis viriliusque sexus Christi fidelibus, ut pœnitentibus, & confessis, Ecclesia S. Iacobi in Cœpostella visitatibus, in anno, in quo festum eiusdem S. Iacobi in Dominica venerit, a vigilia Circumcisiois, & per integrum illius annum, usque ad diem eisdem Circumcisiois, & per totum diem in fine illius anni in diebus, quibus magis ei placuerit visitare, ut omnes & singulas illas peccatorum indulgentias, & remissiones, etiam plenarias, quas visitantes Ecclesias, & Basilicas vrbis, & extra vrbem Romæ anno Iubilei consequerentur, cum facultate depurandi Confessores, qui ad dictam Ecclesiam pro consequenda indulgentia huiusmodi confluentes, etiam in casibus apostolicae sedi reuocatis absolvunt, ac etiam eisdem Christi fidelibus in eiusdem S. Iacobi, & translationis corporis sui, ac dedicationis eiusdem Ecclesie fidelitatibus Ecclesiam prædictam à primis vesperis usque ad secundas vespertas, & per totum diem inclusu deuotè visitantibus annuatim, ut plenariam indulgentiam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, consequenter perpetuis furoris temporibus duraturam concessisse. Postmodum ipse Alexander III. inquit: *Nos igitur ad hoc prædecessorum nostrorum sancta memoria eiusdem Calixti Papæ, ac Eugenij, & Anastasi vestigiis inherentes, ad gloriam omnipotentis Dei, toruusque religionis Christianæ augmentum,* quæ ipsius gloriosum Apostolum ad eius Ecclesiam Compostellanam natusmodi devotionis causa de diversis mundi partibus, amissis parentibus, amicis, liberis, patria, ac aliis temporalibus bonis per mare, terramque continuè confluent, in numero copioso, quicquid animalium salutem supremis desideramus affectibus, & dignis, volumus honoribus frequentari, & ut ipsi Christi fideles in eadem se recognoscant Ecclesia Christi munibus refectos, & omnipotentes Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius autoritate confessi, omnes, & singulis predictis indulgentias, & iubileum ipsum eodem modo, & forma, quo Romana Ecclesia habet, etiam se latet Compostellana Ecclesia præsingularis Beat. Iacobi devotione teneat, anno, videlicet quo, ut prefertur, Festum dicti Apostoli Iacobi in Dominica veneris, & per totum annum integrum, ut premittitur nec non in diebus illis, scilicet Sancti Iacobi, & translationis corporis sui, & dedicationis eiusdem Ecclesie plenariam indulgentiam annuatim consequantur, visitantes prædictam Ecclesiam, ut prefertur. Authoritate Apostolica, & ex certa scientia approbamus, roboramus, & communimus, ac perpetua firmatis robur tenore in perpetuum decernimus, & insuper illas de novo eidem modo, & forma in omnibus, & per omnia, ut supra, concessum fuit, concedimus & indulgemus, & perpetuis volumus furoris temporibus duraturam, non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis.
2. Circa intelligentiam prædicti iubilei aliquot difficultates endondate sunt. Prima, ac commorantes Compostellam prædictum iubileum obtinere possunt: Rationem dubitandi deducunt ea verba Alexandri, quibus motus fuit ad hanc indulgentiam concedendam: scilicet quod ex diversis mundi partibus mulci ad visitandum corpus D. Iacobi, devotionis causa, confluent, quæ in incolis non videntur procedere. Sed omnino dicendum est, aquæ incolas, ac peregrinos prædictum iubileum obtinere posse, omnibusque commune esse. Tum quia in prædicta Bulla generaliter dictum est: *Omnibus & singulis viriliusque sexus fidelibus, & paulo inferius.* Et ut ipsi Christi fideles. Tum quia hic iubileus concessus est ad similitudinem Romani, & eodem modo, & forma, saltem quoad extensionem in dul